

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6318

Auteur(s) : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Algare, Coutances (évêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1144

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Donation de l'église et maison de Saint-Lô par Hugues, archevêque de Rouen, à Algar, évêque de Coutances, pour y introduire des chanoines réguliers.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° II, p. 288-289.
- b. Waldman Thomas G., *Hugh 'of Amiens', Archbishop of Rouen (1130-1164)*, PhD Thesis, Oxford, Faculty of Modern History, 1970, 648 p. (dactyl.), Appendix : The Acta of Hugh 'of Amiens', n° 122, p. 415-416.

Dissertation critique

Datation proposée par L. De Glainville.

Texte établi d'après a

Hugo Dei gratia Roth. archiepiscopus, karissimo filio suo Algaro venerabili Constantiensi episcopo omnibus successoribus eius et universis sancte matris ecclesie filiis per Normanniam constitutis salutem gratiam et benedictionem. Quod pro honore ecclesie et augmento religionis a fidelibus postulatur minime debet denegari sed supra hoc quod pie et iuste requiritur a prelatibus katholice ecclesie efficacius meretur exaudiri. Hinc inde charissime fili in domino Algare episcopo iustis postulationibus tuis super ecclesiam Sancti Laudi Roth. assensum prebentes quod inde ad religionem et honestatem provisum est et nos concedimus atque eam cum appendiciis et bonis suis omnibus episcopali qua proeminemus auctoritate ad opus canonicorum regularium in ipso deinceps substituendorum tibi et eis in perpetuum corroboramus. Verum tamen canonici illi qui in ea habent prebendas suas videlicet Gaufridus archidiaconus Nicolaus thesaurarius et Girardus sicut a te concessum est ita quamdiu vixerint ex integro tam ipsas prebendas quam vicarias atque commune suum libere et quiete possideant sicut ea melius et honorificentius habuerunt nec respondere tenebuntur nisi soli episcopo in cuius manu et potestate erunt animo custodiendi. Gratia quoque tam devote religionis in predicta ecclesia plenius observande dimisit Gaufridus archidiaconus querelam quam habebat circa domum et terram ecclesie Sancti Laudi adiacentem. Utque negotium ampliori gratia ad perfectionem tenderet remansit Girardus canonicus depulsa ex toto et dimissa veteri querela sicut alii quos premisimus Gaufridus videlicet et Nicholaus. Hec itaque aucta (sic) sunt coram ecclesia nostra ex cuius

possessione et dono ipsa est antiquitus ecclesia Sancti Laudi Rotho. presentibus pluribus personis archidiaconis et canonicis in capitulo nostro qui omnes pariter consenserunt et assensum facilem prebuerunt.